



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CXCVIII. Papst Johann XXII. beauftragt den Propst zu Halberstadt, den Dechanten zu Zerbst und den Scholasticus zu Merseburg, dem Bischofe Ludwig von Brandenburg mit päpstlicher Machtvollkommenheit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

et totius domini nostri utilitate et commodo fecerint, ipsos tenebimur et volumus expedite relevare. Nos igitur una cum spectabili viro, domino Bertoldo, comite de Hennenberg, preposito et capitulo predictis firmiter promittimus, quod ipsis literas prefati domini regis ordinabimus, in quibus obligabit se, quod nullam cum dicto domino Johanne, se papam nominanti, aut ipsius successoribus reformationem faciet, nisi idem prepositus et capitulum reformationi huiusmodi expedite includantur et a cunctis inhabilitatibus, sententiis et laqueis, si quibus occasione premissorum laqueati fuerint, liberentur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes quoque huius facti sunt: domini Buffo, comes de Mansfeld, Guntherus, Ulricus, comites de Lyndowe, Segerus, prepositus in Tangermund, et plures alii fide digni. Datum et actum Brandenburg, anno domini millesimo CCC°.XXVII°. die divisionis apostolorum. Et nos Bertoldus, dei gratia comes de Hennenberg, anno, die et loco supradictis in testimonium premissorum omnium sigillum nostrum presentibus literis duximus apponendum.

Nach dem Original.

**CXCVIII.** Papsst Johann XXII. beauftragt den Propst zu Halberstadt, den Dechanten zu Zerbst und den Scholasticus zu Merseburg, dem Bischofe Ludwig von Brandenburg mit päpstlicher Machtvollkommenheit gegen diejenigen Weisand zu leisten, welche sich der Besitzungen seiner Kirche bemächtigen, am 21. Oct. 1327.

Joannes XXII. etc. Dilectis filiis, Preposito sancti Pauli halberstadenfis et Decano in Cerwest Brandenburgensis dioecesis, ac Scolastico Merseburgensis ecclesiarum salutem. Ad hoc nos Deus pretulit familie domus sue, ut oportuna singulis prouisionis auxilia fidelis seruitutis ininncte providentia pro tempore dispensantes, eorum presertim utilitatibus intendamus, occurramus dispendiis, ipsosque ab oppressiõibus relaxemus, qui assumpti in partem sollicitudinis potioris sunt dignitatis titulo insigniti. Sane Venerabilis fratris nostri Ludowici, Episcopi Brandenburgensis conuestione percepimus, quod nonnulli archiepiscopi, Episcopi, abbates, Priores, et alii ecclesiarum Prelati, Conuentus, Capitula, ecclesiastice persone tam religiose quam seculares, necnon Duces, Comites et Barones, nobiles, milites, uniuersitates et alij seculares Ciuitatis et dioecesis Brandenburgensis et aliarum Ciuitatum et dioecesium ac partium uicinarum occuparunt et occupari fecerunt Ecclesias, Castra, uillas, casalia, possessiones, census, redditus et Pronentus, iura et iurisdictiones et nonnulla alia bona mobilia et immobilia ad Episcopalem mensam suam Brandenburgensem spectantia, seu eadem detinentibus prestant auxilium et fauorem, nonnulli etiam Ciuitatis et dioecesis ac partium predictarum, qui nomen Domini in uacuum recipere non formidant, dicto Episcopo in ecclesiis, castris, villis, casalibus, possessionibus, censibus, redditibus et prouentibus et iurisdictionibus, bonis et rebus aliis ad eandem mensam spectantibus multiplices molestias et iniurias inferunt et iacturas. Quare dictus Episcopus nobis humiliter supplicauit, ut cum ualde difficile reddatur eidem, pro singulis querelis ad apostolicam Sedem habere recursum, prouidere sibi super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduersus occupatores, detentores, presumptores, molestatores huiusmodi, oportuno uolentes remedio subuenire, per quod ipsorum comescatur temeritas, et aliis additus committendi similia precludatur, discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatinus nos, uel alium, seu alios, etiam si sint extra loca, in quibus deputati estis Conseruatores et iudices, eidem Episcopo efficacis defensionis presidio assistentes

non permittatis, eum super hiis et quibuslibet, aliis bonis et iuribus ad mensam predictam spectantibus, ab eisdem et quibuscumque aliis indebite molestari, uel sibi grauamina seu dampna uel iniurias irrogari, facturi ipsi cum ab eo seu procuratore ipsius, fueritis requisiti de predictis et aliis personis quibuslibet super restitutione ecclesiarum, Castrorum, Villarum, Casalium, possessionum, censuum, reddituum, prouentuum, iurium, iurisdictionum et aliorum quorumcumque bonorum, necnon et de quibuslibet iniuriis et molestiis atque dampnis presentibus et futuris, in illis uidelicet, que iudicalem requirunt indaginem de plano sine strepitu et figura iudicii, et in aliis prout qualitas ipsorum exegerit, iustitie complementum. Occupatores seu detentores, molestatores, presumptores et iniuriatores huiusmodi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque status, ordinis, dignitatis uel conditionis extiterint, quandocumque et quotienscumque expedierit, auctoritate nostra, appellatione postposita compescendo, Inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Pape VIII. Predecessoris nostri, quibus cauetur, ne aliquis extra suam Ciuitatem et dioecesem, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam etc. — trahatur et aliis quibuscumque constitutionibus a Predecessoribus nostris Romanis Pontificibus, tam de iudicibus delegatis, quam conseruatoribus et aliis editis, que uestre possent in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obuiare. Sen si aliquibus communiter uel diuim a predicta sit Sede indultum, quod excommunicari, suspendi uel interdicti, seu extra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi, et eorum personis et locis, ordinibus ac nominibus propriis mentionem, et qualibet alia indulgentia dicte Sedis generali uel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam, uel totaliter non insertam, uestra iurisdictionis explicatio in hac parte ualeat quomodolibet impediri, et de qua eiusque toto tenore de uerbo ad uerbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum uolumus et apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet uestrum prosequi ualeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quodque a data presentium sit uobis et unicuique uestrum in premisis omnibus et eorum singulis, ceptis et non ceptis presentibus et futuris perpetua potestas et iurisdicatio attributa etc. — Constitutione predicta super conseruatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante, Presentibus post quinquennium minime ualituris. Datum Auinione XII. Kalendas Nouembris, anno duodecimo.

Nach einer Abschrift aus dem Vatikanischen Geh. Archive Ex Reg. litt. comm. Anni XII, ep. 603, p. 213, P. I.

**CXCIX.** Papsi Johann XXII. verleiht dem Bischofe Ludwig von Brandenburg, weil derselbe noch nicht in den Besitz seines Bisthums gelangt ist, die früher bei den Stiftskirchen zu Halberstadt, Merseburg und Raumburg besessenen geistlichen Lehen, am 21. Oct. 1327.

Joannes XXII. etc. Venerabili fratri Ludowico Episcopo Brandenburgensi salutem. Exigentibus tue deuotionis meritis tuis libenter uotis annuimus, et personam tuam in hiis, que tuis necessitatibus oportuna fore conspiciamus, condignis fauoribus communitus. Exhibita siquidem nobis tua petitio continebat, quod tu non credis ecclesie tue Brandenburgensis possessionem pacificam posse hoc